LIV.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

# JURAMENTO LITIS DECISORIO IN SPECIE ITA DICTO,

Quam,

Sanctiſſimi Numinis gratiâ aſpirante,

Ex Autoritate & Decreto

*Magnificæ & Nobiliſſimæ Facultatis Juridicæ in Academia Salana*

PRÆSIDE

Viro

*Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo & Excellentiſſimo,*

DN. JOH. VOLK. Bechmann/

JCto & Anteceſſore in hac Academia celebratiſſimo, Conſiliario Sax. graviſſimo, Curiæ Prov. Facult. Jurid. & Scabinatus Aſſeſſore meritiſſimo, h.t. Decano ſpectatiſſimo, Dn. Promotore & Patrono ſuo æternùm colendo,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & doctoralia privilegia legitimo modo conſequendi

*Eruditorum diſquiſitioni ſiſtit*

CHRISTIANUS CAROLUS MYLIUS, Phil. Mag.

Rev. Capit. D. Nicolai, quod Magdeburgi eſt, Syndic. & Advoc. Ordin. ibidem,

*In Acroaterio JCtorum*

Ad d. XV. Januarii Horis ante & pomeridianis

JENÆ

Literis JOHANNIS NISII Ao. M. DC. LXIII.

*Sereniſſimo, Celſiſſimoque Principi ac Domino,*

# DN. ERNESTO,

Duci Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montaniæ, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Comiti de Marca & Ravensburgi, Dynaſtæ in Raven-ſtein &c.

*Principi ac Domino ſuo Clementiſ-ſimo,*

Hanc diſputationem Juridicam Inauguralem

Humillima animi devotione

*dedicat & offert,*

AUTOR.

*I. N. D. N. J. C.*

Πεϱλεγόμενα.

QUanto ſtudio ii, qui in foro verſantur, tam Judices quàm partes eò allaborare debeant, ut lites abbrevientur & coarctentur, ne fiant penè immortales & vitæ hominum modum excedant, oſtendit & præcipit Juſtinianus *Imp. in l. 13. C. de judic.* Tria autem ſunt, quibus lites dirimuntur: Sententia, Transactio & jusjurandum. *Hug. Donell. comment. de jure civil. lib. 24. cap.* 8. Inter ea facillima ſunt media tranſactio & jusjurandum. Quia enim omnis cauſa, quæ ad judicem defertur, vel eo ipſo, dum ab altera parte intentio actoris negatur, dubia & controverſa eſt *l. 3. C. quibus ad liber. proclam. non lic.* non poteſt ea à judice ſententia decidi, niſi prius disſentientium probationes & reprobationes, quibus cauſæ jus illuſtratur, examinaverit. Probationes verò magnam habent difficultatem, plurimùm laboris, magnos ſumtus, temporis jacturam; ſæpiùs etiam iræ & inimicitiæ, dum partes ſerram judicii reciprocant, graviſſimæ exſurgunt,

gunt, interdum quoque maxima probationis inopia laborat cauſa. Proinde non inconſultò partes, quo ſe litium moleſtiis extricent, controverſias transactione vel jurejurando frequenter ſopiunt. Quorum ultimum tanquam maximum expediendarum litium remedium *l. 1 ff. de jurejur. Jaſon. d. l. in princ. & n. 1.* conciſis theſibus, quantum ad præſentem ſcopum ſufficiet, & præſertim juramentum litis deciſorium in ſpecie ita dictum, (accuratam enim omnium juramenti ſpecierum exhibitionem paucæ pagellæ haud complectuntur,) σὺν θεῷ πάλαμα expoſiturus ſum. Ut verò huic rei majorem afferam lucem, juramenti in genere ſumti definitionem & diviſionem præmittam.

Th. 1.

Quidam jusjurandum definiunt, quod ſit nominis divini aſſumtio, inter quos eſt Baldus *ſuper tit. ff. de jurejur. & Matth. VVeſenbec, in h. t.* ſed rectè reprehendit eos Bachovius & Dn. Hahnius: non enim ipſa aſſumtio nominis divini ſtatim conficit juramentum, ſed differt Dei invocatio aut nominis divini uſurpatio à juramento ipſo.

Th. 2.

Juramentum ratione finis diſpeſcitur in promiſſorium & aſſertorium ſeu litis deciſorium.

ἐνδεισις

Dixi hanc diviſionem juramento finem largiri, cum finis juramenti ſit vel religioſa promisſio vel aſſertio ad cauſam controverſam decidendam. *Zoeſ. comment. in l. ff. de jurejur. n. 17.*

Th. 3.

Promiſſorium ratione materiæ circa quam ſeu objecti dividitur in publicū & in privatum.

Exθ.

Dixi ratione materiæ circa quam ſeu objecti promiſſorium in publicum & in privatum dividi, verſatur enim fidei promisſio jurata vel circa publicam vel circa privatam cauſam.

Th. 4.

Publici juramenti ſpecies ſunt 1. quod ſuperiori à ſubditis præſtatur, Huldigungs-Eyd/ 2. quod in quibusdam Rebuspublicis à ſuperiori ſtatibus præſtatur, Capitulations-Eyd *Carpzov. de leg. Reg. Germ. c. 1. ſ. 9. & 10.* 3. quod inter protectorem & clientes præſtatur, Schirmpflicht/ *Mart. Mag. à* Schönbergk *de advoc. arm. c. 9. n. 139.* 3. quod inter pacem & fœdera pangentes datur Friedens-Eyd/ Bundes-Eyd 5. quod ratione officii publici deponitur Dienſtpflicht/ *Mart. Mag. à* Schönbergck/ *cit. loc. n. 58.* 6. Juramentum fidelitatis, quod à vaſallo domino feudi præſtatur, Lehns-Pflicht.

Th. 5.

Privatum eſt vel in ſpecie promiſſorium vel confirmatorium.

Ἐχθ.

Nam in cauſis privatis vel novam obligationem juratò inducimus, vel obligationem jam exiſtentē jurejurando confirmamus, *Dn. Struv. Exercit. 27. th. 20.*

Th. 6.

Aſſertorium ſeu litis deciſorium eſt vel remotum vel propinquum.

Ἐχθ.

Facit enim ad litem decidendam vel remotè vel propinquè.

Th. 7.

Remoti ſpecies ſunt 1. juramentum calumniæ ac malitiæ *l. 1. C. de juram. propter calumn. & t. t. X. de jur. calumn.* 2. juramentum judicio ſiſti 3. juramentum dandorum & reſpondendorum *c. 2. de teſt. in 6.* 4. juramentum teſtium *l. 9. & 10. C. de teſt. Hunn. c. 4.*

Th. 8.

Propinqui ſpecies ſunt 1. litis deciſorium in ſpecie ita dictum 2. juramentum in litem ſeu æſtimatorium, quod vel affectionis vel veritatis *l. 2. 3. 5. princ & §. 4. & l. 8. ff. de in lit. jur.* His juramentis jure Sax. affine eſt juramentum minorationis Minderungs-Eyd LandR. *l. 3. art. 47. & 51. Dn. Richter.*

*Richter. dec.* 5. *n.* 18. 19. 3. juramentum expenſarum.

*Εκθ.*

Deciditur enim mediante juramento vel lis principalis vel acceſſoria de expenſis, hinc profluit juramentum expenſarum. Lis principalis finitur & deciditur vel per ſe, unde originem trahit juramentum litis deciſorium in ſpecie ita dictum, vel per accidens, videlicet, cum adverſarius dolum aut culpam commiſit, hinc deſcendit juramentum in litem vel æſtimatorium *O. C. P.* 1. *art.* 66. 67 68.

Th. 9.

Dividitur etiam alioquin à Dd. juramentũ ratione formæ externæ in ſolenne & minus ſolenne, *Dn. Carpz. Conſt.* 16. *def.* 6. *n.* 16. 18. 19. *Franzk. ad tit. ff. de jurejur. Matth. Stephan. in Nov.* 8. *n.* 17. Ratione objecti verò in juſtum & in juſtum *l.* 5. *C. de LL. c.* 58. *de R. J. in* 6. *Franzk. in t. ff. de jurejur. n.* 9. 2. in verum & falſum ſeu perjurium. *l.* 41. *C. de transact. l.* 22. *de dol. l.* 13. *C. de teſt.* 3. in juramentum veritatis & credulitatis *Dn. Carpz. l.* 3. *Reſponſ.* 60. *n.* 4.

*Εκθ.*

Sunt & alia plura ſpecialia juramentorum nomina, ut juramentum paupertatis & juramentum ſuper reconventione jur. Sax. *Dn. Carpz.* 2. *Reſp.* 81. *n.* 8. *&* alia, ſed quia conſtitui juramenti litis deciſorii in ſpecie ita dicti naturam accuratiùs excutere, & brevitas, cui conſultò operam dabo, jam enarratas ſpecies juramentorum prolixiùs evolvere, haud ſinit, miſſa ea nunc facio.

Th. 10.

Th. 10.

Juramentum litis deciſorium in ſpecie ſic nuncupatum, eſt juramentum aſſertorium quo mediante lis principalis per ſe deciditur. *vid. Dn. Struv. exercit. 17. th. 27.*

Th. 11.

Juramentum litis deciſorium in ſpecie ita nominatum ratione adjunctæ neceſſitatis præſtandi & adjuncti loci in voluntarium, judiciale & neceſſarium diſpeſcitur.

Expl.

Aut enim neceſſariò, exceptis caſibus quibusdam infrà poſitis, eſt præſtandum, id nimirum, quod à Judice defertur *l. 31. ff. de jurejur. l. 12. pr. §. 1. & ſeqq. C. de reb. cred.* aut non neceſſariò, quod nimirum à parte parti defertur *l. 3. princ. & l. 28. §. ult. ff. de jurejur. l. 11. & 12. C. d. t.* & hoc jusjurandum ratione adjuncti loci rurſus diſpeſcitur in judiciale, quod videlicet pars parti in judicio defert *l. 17. l. 34. princ. ff. d. t.* & extrajudiciale, quod nempe pars parti extra judicium defert, *l. 17. ff. d. t.* & hoc minimum neceſſitatis ſecum vehit, proinde κατ' ἐξοχὴν voluntarium, id eſt minus neceſſarium appellatur.

Th. 12.

Voluntarium eſt, quod ex partium conventione extra judicium à parte parti defertur vel refertur per modum transactionis *l. 17. & 79. ff. d. t. Zoeſ. in tit. ff. de jurejur. n. 22.* Judiciale eſt, quod à parte parti in judicio defertur *Berlich. part. 1. con-*

*cluſ.*

*cluſ. 29. n.* 4. Neceſſarium eſt, quod in inopia plenæ probationis litiganti judex defert, *VVeſenbec. in t. ff. de jurejur.*

Th. 13.

Cauſa efficiens voluntarii & judicialis jurisjurandi propinqua eſt pactio partium, quæ vel extra judicium vel in judicio fit, *Dn. Hahn. in d. t. ff. n.* 4. Remotæ ſunt deferens & is cui defertur, ubi pro regula tenendum, quod is deferre poſſit, qui rerum ſuarum aut alienarum adminiſtrandarum ſufficientem habet facultatem & cui rectè ſolvi poteſt, atque, quod fermè omnibus hoc jusjurandum deferri poſſit.

Ἐκθ.

Non igitur poteſt deferre 1. pupillus, furioſus & prodigus *l. 1. §. 1. ff. quar. rer. act. non datur, Borch. tract. de jurejur. c. 3. n. 9. & 21. Zanger. de except. part. 3. c. 16. n. 42. & ſeq.* 2. minor abſque autoritate curatoris *l. 4. d. t. Donell tract. de jurejur. lib. 24. c. 4. Benſt. ad l. 9. §. 4. ff. d. t. Duarenus tract. de jurejur. c. 10. Gedd. ad l. 21. ff. de V. S.* 3. Jure Sax. curator mulieris ad litem, niſi habeat ſpeciale ad hoc mandatum, *Rauchbar. part. 1. quæſt. 8. n. 1. 2. & 3. Zang. de except. part. 3. cap. 16. n. 40. & ſeqq.* 4. procurator niſi habeat mandatum cum libera, vel quod in uſu practico tutius eſt, mandatum ad juramentum deferendum ſpeciale *Dn. Carpz. 3. Reſp. 40. Setſer. de juram. l. 4. c. 2. Perez. in C. d. t. n. 12. & ſeqq.* 5. infamis, illi enim jusjurandum referri nequit. *Scotan. diſp. 30. th. 15. Dn. Carpz. 1. Conſt. 14. def. 6.* Dixi in theſi, quod fermè omni-

bus juramentum, de quo loquimur, deferri poſſit, eſt enim cum grano ſalis intelligendum, ita, ut, ſi pupillo deferatur, is id præſtare aut referre non teneatur *l. 26. pr. & 34. §. 2. ff. d. t.* ſed jurisjurandi præſtatio in pubertatem differatur, *Dn. Carpz. 1. conſt. 14. def. 42. 43.* De re ignota, ut hæredi de re defuncti, tutori vel curatori de facto pupilli vel minoris juramentum veritatis deferri nequit, ſed maximè credulitatis, *Schneidew. ad §. 11. J. de action, Beuſt. ad t. ff. de jurejur. n. 63. & ſeqq.* ubi tamen judex ſpatium, ut de ea re, ſuper qua juramentum delatum eſt, is, cui id delatum, diſquirere poſſit, interdum indulget. *l. 34. ff. d. t.* aut quandoque etiam de ipſa ignorantia juratur *Dn. Richter. 2. de c. 99. n. 158. Dn. Carpz. 1. conſt. 12. def. 41.* Si defunctus ſententiâ jurare juſſus juramentum ſuſcepit, & jurare paratus fuit, id pro præſtito habetur, & exinde hæredibus ejus juramentum credulitatis deferri nequit *Dn. Carpz. 6. Reſp. 190.* Clerici & Sacerdotes licet jure Can. coram Magiſtratu laico jurare haud obſtringantur *c. pen. q. 5. XXI.* id tamen conſuetudine forenſi haud ſervatur. *Virg. Pingiz. q. Sax. 35. Coler. obſer. 211.* niſi aliquod ſtatutum loci ad conſiſtoria eos remittat. Jure Civ. procurator ſpeciale ad hoc habens mandatum pro principali ſeu in principalis animam omnimodò jurare poteſt, *Joh. Azor Inſtit. moral. c. 7. q. ult. Setſer. de jurament. c. 14.* Jure verò Sax. in puncto incidenti, ſi principalis ad locum judicii venire nequeat ob legitima impedimenta, non verò in principali ad juramentum in ſui principalis animam admittitur, *Dn. Carpz. 1. conſt. 12. def 39. ord. jud. prov. Sax. Jen. c. 27.* Univerſitates Jure Civ. per eos, qui res earum adminiſtrant, juramentum præſtare poſſunt *l. 97. ff. de condit. & demonſtrat.* ſed Ju-

re Sax.

re Sax. per eos & Syndicum jurare nequeunt, ſed per 3. aut 4. ſeniores de Univerſitate, aut quibus res ea, de qua juramentum præſtandum, optimè nota eſt, jurant, *Conſt. Sax. tom. 3. part. 3. q. 2. not. 3. & ſeqq. Zobel. in addit. ad gloſſ. germ.* Landr. *lib. 1. art. 6. num. 3. Dn. Carpz. 3. Reſp. 41.*

Th. 14.

Cauſa formalis juramenti voluntarii eſt, quod extra judicium à parte parti deferatur, judicialis verò quod in judicio *l. 19. pr. l. 28. §. 10. l. 39. ff. d. t. Bachov. 1. diſp. 21. th. 6.*

Th. 15.

Materia circa quam ſeu objectum juramenti voluntarii & judicialis regulariter eſt cauſa civilis.

Exθ.

Dixi: regulariter; ſunt enim quædam cauſæ civiles, quæ certo reſpectu non admittunt juramentum, præſertim judiciale, ut puta, in cauſis famoſis, licet civiles ſint, jure Sax. juramentū hoc deferri nequit *Dn. Carpz. 1. conſt. 12. def. 31. n. 4.* Hinc actio injuriarum, ſi criminaliter ad pœnam à judice infligendam intentatur, delationem juramenti hujus haud admittit, *Col. part. 1. dec. 141. num. 7. & ſeq. Daniel Moller. ad conſtit. Sax. part. 4. conſt. 42. num. 15. Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſil. 62. n. 14.* nec ſi ad palinodiam Jur. Sax. cum famoſa ſit hæc actio, & inſuper etiam jur. Sax. criminalis. *Nov. Elect. Auguſt. part. 4. conſt. 42. Weſenbec. in t. ff. de injuriis n. 18.* aliud obtinet, ſi civiliter ad æſtimationem dirigatur, tune enim juramentum judiciale adhiberi poteſt *Borch. tr. de jurejur. c. 17. n. 19. Gail. lib. 1. obſerv. 106.* In cauſis matrimoniali-

bus ad confirmandum matrimonium, non verò ad id diſſolvendum deferri poteſt *Schneidew. ad §. 11. J. de actione. Jaſon. in l. 3. ff. d. t. n. 25.* In cauſis, ubi agitur ad teſtamenti impugnationem non locum habet hujus juramenti delatio, *Daniel Moller. ad conſtit. Sax. part. 3. conſt. 5. n. 16.* nec in cauſa ſpolii *Berlich. part. 1. concluſ. 14. n. 87.* nec ſi à lege vel à ſtatuto vel ab homine, ut conditio, probatio requiratur, *Dec. in rubr. X. de probat. n. 11. ſubfin. Hartm. Piſtor, quæſt. 13. n. 11.* nec in proceſſu executivo *Dn. Carpz. 1. conſt. 8. def. 31. n. 7. & conſt. d. t. 12. def. 35. & 3. Reſp. 82.* quoad cauſas criminales criminaliter intentatas actor reo juramentum judiciale deferre nequit *Berlich. part. 1. concluſ. 29. n. 24. Dn. Struv. Exercit. 17. th. 40.* ſed reus ſuper exceptione actori juramentum id deferre poteſt, *Scotan. diſput. 30. th. 14. Coler. deciſ. 122. n. 15. Dn. Carpz. 3. Reſp. 45.*

Th. 16.

Finis juramenti voluntarii & judicialis eſt, ut lites expediantur *l. 1. ff. d. t. VVeſenbec. in t. h. n. 6.*

Th. 17.

Voluntarii & judicialis adjuncta præcipua duo ſunt 1. liberum arbitrium illius, cui delatum, præſtandi aut recuſandi & referendi id jusjurandum. 2. tempus legitimum judiciale deferendi, referendi, acceptandi & præſtandi.

Ext.

Voluntarium liberè recuſari poteſt, non duntaxat ab eo, cui defertur, ſed et ab eo, cui refertur *l. 17. & 34. ff. d. t. Franzk. in t. h.* niſi jam ſit ſuſceptum. *Franzk. dicto*

*loco*

*loco n.39. Dn.Carpz.1.Conſt.14.def.3.* tunc enim ea præſtandum eſt forma, quâ delatum *l.3.4.&5.ff.d.t.* excipiendum tamen, ſi deferens aut referens ejus gratiam faciat, tunc enim pro præſtito æſtimatur *l.5.6.9.ff.d.t.l.8.&11.C.d.t.* Judiciale verò ab eo cui delatum recuſari poteſt 1. Si deferens de calumnia nolit jurare *l.9.C.d.t. Nov.Elect.* Aug.*part.1.Conſt.12.Donell.tract.de jurejur.lib.24.cap.13.* 2. Si revocans delatum juramentum rurſus deferat *l.11.C.d.t. Zobel.in addit ad* Landr. *lib.1.art.6.* Poteſt enim actor juramentum revocare, ſi, priusquam reus id acceptet, aut ſententia, qua reo juramentum præſtandum imponitur, in rem judicatam abeat, id faciat, *Scotan.diſp.30.th.12. Dn.Carpz.1.conſt.12 def.4.* 3. Si is cui delatum deferenti referat *c.ult.X.de jurejur.* quod tamen non procedit 1. cum is, cui delatum tantùm, aut tamen accuratiùs, quàm deferens, ſcit veritatem rei *l.34.§.8.ff.d.t. Dn. Carpz. 1.d.t. def.40.41. Dn. Richt. dec.62.num.31.* 2. Si is, cui delatum, acceptaverit, *Franzk. in t.ff.de jurejur.n.39.* aut antequam ſententia, qua ei id impoſitum, in rem judicatam abiit, Jure Sax. non retulerit, Gerichts-Ordnung *Johan. Georgii Electoris Sax.c.18.* 3. quando deferens moritur, tunc enim ille, cui delatum, hæredibus defuncti referre haud poteſt. *Anton. Faber. in t.C.de reb. cred.&jurejur.* 4. Si in alia quæſtione referatur, *Zobel.part.1.different.25. num.2.* 5. cum alicui de re ignota defertur juramentum veritatis *Berlich. part.1.concluſ.55.* 6. quando is, cui delatum, probationes, ad quas confugiat, in promtu habet, *Nov.Elect.Aug. part.1.conſt.14. Matth.Coler.part.1.deciſ.123.n.12. Rauchbar.part.2.3.n.21.&ſeq.* in quibus tamen, ſi

 deſi-

ficiat, ad juramentum præſtandũ redire, ſed id referre haud poteſt, *Dn. Carpz. 1. conſt. 14. def. 17.* 7. Si deferatur jusjurandũ religionis improbatæ *l. 5. §. 3. ff. d. t. Donell. lib. 24. cap. 13.* 8. Si ei, cui delatum, juramentum præſtitum exiſtimationis jacturam infligere poſſit, *l. 18. ff. de jurejur. Anton. Faber. in C. d. t.* 9. Si ei, qui jam plenè probavit, deferatur juramentum. *Beuſt. ad t. ff. d. t. n. 61.* 10. Si ab eo, qui nullam habet facultatem deferendi, deferatur *l. 35. ff. d. t. Donell. comment. lib. 24. cap. 13.* 11. Si deferatur ei, cui deferri haud poteſt. *Berlich. part. 1. concl. 29.* 12. Cum hac ratione, ſi præſtitũ fuerit, jus illius, cui delatum, minuitur, ut in eo fit, qui ſe defendit, ut habeat actionem vel litis denunciationem de evictione *l. 56. §. 1. ff. de evict.* 13. Si is, cui defertur, judicium ſuſcipere haud cogatur *l. 14. §. 3. C. de non numer. pec.* Is autem, cui juramentum judiciale juſtè relatum eſt, id præcisè præſtare cogitur, niſi cauſa ſua cadere velit, *Franzk. in t. ff. de jurejur. n. 120. Dn. Carpz. 1. conſt. 14. def. 4.* Atque, veluti ei, cui delatum, qui defert, ita & ei, cui relatum, qui refert juramentum, remittere valet, *Hilliger. lib. 24. c. 33.*

Th. 18.

Juramentum judiciale deferendi, referendi, acceptandi & præſtandi jure Civ. & Sax. diverſa tempora obſervanda ſunt.

Ἐκθ.

Tempus juramentum judiciale legitimè deferendi, jure

jure Civ. usque ad ſententiam definitivam actori & reo, licet probationes uſurpaverint, & nihil effecerint, porrigitur, *Coler. deciſ. 122.* ſed jure Sax. actor poſt litem purè conteſtatam (aliud eſt, ſi eventualiter ſit conteſtata) aut guarandam præſtitam juramentum deferre haud poteſt, *Coler. de proceſſ. exec. c. 5. n. 18.* niſi quæſtio nova poſtmodum exſurgat *Ord. proceſſ. Elector. tit. 18. in fin. Dn. Carpz. 1. Conſt. 12. def. 1. & 3. Reſp. 40.* verùm reus poſt litem conteſtatam & gvarandam [præſtitam ſuper exceptionibus oppoſitis] actori juramentum deferre poteſt, niſi ſe jam obtulerit ad reprobationem, & ſententia, quâ ei illa impoſita eſt, in rem judicatam abierit, *Coler. dec. 122. n. 9. Dn. Carpz. 1. conſt. 22. def. 33. Weſenbec. in t. ff. de jurejur. n. 9.* Juramentum judiciale delatum jure Civ. ſtatim aut referri (recuſari) aut acceptari debet, *l. 4. §. ult. ff. d. t.* Jure Sax. is, cui defertur, antequam ſententia, qua ei id impoſitum, vires rei judicatæ apprehenderit, referre (recuſare) aut acceptare poteſt. Jure Civ. nullus certus terminus judiciale jur. præſtãdi præſtitutꝰ eſt *Zobel. in gl. lat. ad text. germ* LandR. *lib. 11. art. 11.* Sed jure Sax. terminus Saxonicus, videlicet 6. ſeptimanæ & 3. dies præfixus eſt, intra quem, qui juramentum præſtare cupit, ſe ad præſtationem offerre debet, König *in proceſſu c. 66. n. 2.* ubi incluſi ſunt dies octo etiam continui à tempore, ubi ſententia ultima in rem judicatam abiit, currentes, intra quos is, cui delatum eſt juramentum, dum id præſtare cupit, ut deferens ad præſtationem juramenti calumniæ citetur petere debet, alioquin poſtea id impertinẽter & fruſtra poſtulat, *Daniel Moller. ad conſtit. Sax. part. 1. Conſt. 16. num. 1.* ſed ad juramentum intra terminum

Saxo-

Saxonicum præſtandum neglecto illo tamen admittitur, ut *Lipſienſes menſe Octobri 1608. reſponderunt. Berlich. part. 1. concluſ. 30.* Si verò conſcientiam ſuam probationibus defendere conetur, terminus ille jurandi non currit, ſi enim nihil probavit, nihilominus poſteà ad juramentum admittitur, *Nov. Elect. Auguſt. part. 1. conſt 14. Zobel. in gloſſ. lat. ad text. Germ.* LandR. *lib. 1. art. 6.*

Th. 19.

Effectus juramenti judicialis eſt ſententia judicis, qua reum, ſi juramentum delatum præſtiterit, vel ei eius gratia facta fuerit vel actor relatum non præſtiterit, abſolvit, & nolentem jurare, aut actore relatum præſtante, aut remiſſione actori facta condemnat *l. 34. §. ult. ff. d. t.*

Exθ.

Hæc ſententia habet adjunctam maximam firmitatem: ab ea enim haud appellari poteſt *l. 12. §. 3. C. d. t. Borch. tr. de jurejur. c. ult.* & cauſa eâ (ut & jurejurando voluntario) ſopita (etiam prætextu perjurii) retractari nequit *l. 21. & 24. ff. de dol. mal. l. 1. C. d. t.* Excipitur tamen 1. ſi partes ita pactæ ſunt, ut ſi alterius perjurium emergat, jusjurandum retractari poſſit *l. 1. C. d. t.* 2. cum poſtmodum aliud juramentum inter partes eſt interpoſitum, tunc enim poſterius ſervandum *l. in duobus §. ult. ff. d. t.* 3. ſi legatarius tabulis non inſpectis jusjurandum præſtet, ſibi relictum eſſe legatum in teſtamento *l. fin. C. de reb. credit. & jureiur. Donell. comment. lib. 24. cap. 17.*

4. cum

4. cum inſtrumenta, quæ pro veris jurejurando vendita-ta ſunt, poſtmodum falſa eſſe deprehenduntur *l. pen. C. de transact.* 5. in caſu ubi minor adverſus juramentũ præſtitum reſtituitur. *Anton. Theſſaur. deciſ. 240. num. 1. & ſeqq. Gail. lib. 2. obſerv. 41. n. 11.* Dixi cauſam juramento compoſitam nec prætextu perjurii poſſe retractari, nam pœna humana perjurii jure Civ. antiquo per ſe nulla eſt *l. 2. C. d. t.* ſi verò pœna interdum id comitata, factum eſt per accidens, & ob aliud adjunctum crimen, vel ob perfidiam, ubi ignominia eſt ſecuta *l. 41. C. de transact.* vel ob crimen ſtellionatus, ubi relegatio temporalis obtinuit *l. ult. ff. ſtellionat.* vel ob crimen læſæ Majeſtatis, *ubi fuſtes* (mitior pœna ordinariâ criminis Majeſtatis læſæ directi) in uſu fuerunt, *l. 13. §. fin. ff. de jurejur.*

Th. 20.

Juramenti voluntarii & judicialis etiam effectus ſunt actiones peculiares & exceptiones, quæ ex iis profluunt.

Ἐκθ.

Juramentum voluntarium, ſi præſtitum à reo aut ei remiſſum eſt, producit exceptionem jurisjurandi. Si videlicet, an reus juraverit, dubitetur *ſ. 1. J. de action. l. 18. pr. ff. d. t. Borch. tr. de jurejur. c. 8. n. 9. & ſeqq.* ſed ſi certò conſtet juratum ab eo eſſe, actori actio planè denegatur *l. 9. pr. ff. d. t.* Si pars jus ſuum juramento aſſeruit, aut ei juramenti gratia eſt facta, jure Civ. naſcitur actio prætoria in factum, & datur ei hæc contra deferentem & ſucceſſores, non verò contra alios *l. 9. ſ. ult. ff. d. t. Bach.*

qualitas per hanc adjicitur, jure enim civili ex jurejurando non datur actio, *Covar. in c. quamvis p. ult. §. 2. n. 9. Ritterſhuſ. different. jur. Civ. & Can. c. 19. Donell. & Hillig. lib. 24. c. 9. Franzk. in ff. d. t. n. 49. & 52.* Jure Canonico datur actio ex canone *H. Piſtor. 4. q. 6. Vin. 1. q. 25. Dn. Struv. Exerc 17. th. 25.* Juramentum judiciale gignit actionem utilem rei judicatæ *l. 1. C. de precar. l. 12. ff. ad L. Aquil. Borch. tr. de jurejur. c. 8. num. 36.* & exceptionem utilem rei judicatæ *Borch. d. tr. & c. num. 46.* ſed ſi ſententia conformis juramentum judiciale præſtitum aut remiſſum ſecuta haud fuerit, competit actio prætoria in factum & exceptio jurisjurandi *l. 9. §. 7. & l. 30. §. 3. ff. d. t. l. 7. §. 7. ff. de public. in rem act.*

Th. 21.

Neceſſarii juramenti cauſa efficiens proxima eſt judicis autoritas *Dn. Hahn. in comment. ad VVeſenbec. t. ff. de jurejur. n. 4.* Remota eſt judex & pars.

Ex 8.

Judex debet eſſe pius, nam ſi ab impio judice deferatur, rectè recuſari poteſt. *Borch. tr. de jurejur. c. 9. num. ult. in fin.* Donell. comment. lib. 24. c. 13. Rauchbar. part. 2. q. 3. num. 25.* pars verò debet eſſe perſona fide digna, *Wurmſ. l. 1. t. 14. obſerv. 11.* ſi eſt impubes, ſuſpenditur juramenti præſtatio, donec pubertatem attigerit *Dn. Carpz. 3. Reſp. 61, 62.*

Th. 22.

Cauſa formalis hujus jurisjurandi eſt, quod in defectu plenæ probationis deferatur à judice, unde dividitur in ſuppletorium & purgatorium.

Ex 8

Exl.

Dixi notanter: in defectu plenæ probationis, nam ſi omnis probatio & præſumtio abeſt, hoc neceſſarium deferri nequit, *Perez. in C. d. t. n. 23.* Ille defectus plenæ probationis eſt duplex 1. cum tantùm ſemiplenè eſt probatum, 2. cum nec ſemiplenè, ibi juramentum ſuppletorium uſurpatur (ſi actor & reus ſemiplenè probaverunt, judex id ei, qui validiùs probavit, aut pro quo fortior veritatis præſumtio militat, defert *c. ult. X. de jurejur. Franzk. in 1. ff. de jurejur n. 131. Menoch. a. 1. q. caſ. 190. n. 20.*) hic purgatorium adhibetur *l. 31. ff. d. t. l. 3. C. d. t. Gail. 1. obſerv. 108. n. 3. & ſeqq.* ubi & præſumtiones fortes interdum aliquam probationem conficiunt *Dn. Struv. Exerc. 17. th. 46.*

Th. 23.

Materia circa quam ſeu objectum juramenti neceſſarii etiam regulariter eſt cauſa civilis.

Exl.

Dixi ſtudiò regulariter, excipitur enim, quod juramētū ſuppletoriū ſpectat 1. cauſa magni præjudicii, cū exindè ingens lucrum ſperatur *Gail. 1. obſerv. 108. n. 11.* 2. Cauſa matrimonialis, in qua, niſi circumſtantiis & æquitate id ſuadente, haud admittitur *Dn. Richter. dec. 8. n. 18. Dn. Carpz. 3. Reſp. 27. & Jurisprud. Conſiſtor. 3. def. 46. Gail. 2. obſerv. 94.* In criminalibus gravioribus & corporis pœnam infligentibus haud locum habet *l. fin. C. de probat. Mynſ. 2. obſerv. 87. Dn. Carpz. 1. conſt. 23. def. 11.* quod attinet juramentum purgatoriū, id iidem regulariter in

nalibus, ubi corporis pœna infligi nequit, vel ubi ad torturam ſufficientes conjecturæ non adſunt, locum habet, *c. ult. X. de purgat. canon. Dn. Carpz. prax. crim 3. q. 117. n. 85. & 119. n. 52. Heig. 1. q. 40. n. 32.*

Th. 24.

Finis juramenti neceſſarii eſt, ut probationis defectus ſuppleatur *l. 1. ff. d. t. VVeſenbec. in d. t. n. 6. ſub fin.*

Th. 25.

Adjunctum juramenti neceſſarii eſt neceſſitas, cui enim à judice delatum eſt, is neceſſariò, niſi cauſa ſua cadere aut condemnari velit, id præſtare debet, aliquibus caſibus, ubi recuſari poteſt exceptis.

Ἐκθ.

Nam recuſari poteſt 1. ſi à judice impio deferatur, ut ſuprà dixi. 2. ſi pupillo deferatur, ad pubertatem usque recuſari poteſt, quod antè poſui. 3 ſi in cauſis iſtiusmodi deferatur, in quibus deferri haud poteſt, quas etiam ſuprà recenſui. 4. ſi hæredibus defuncti, qui neceſſarium præſtare debuit, id & quidem ratione veritatis deferatur hoc ab illis recuſari poteſt, minimè verò ratione credulitatis delatum *Dn. Carpz. 3. Reſp. 61. & 62.* 5. ſi ſuppletorium illi, qui planè nullam rei ſcientiam habet, nec habere poteſt, deferatur, *Wurmſ. l. 1. t. 14. obſerv. 11.* 6. ſi is, cui purgatorium eſt delatum, ſuam innocentiam probare velit, & proinde ad probationem confugiat, id enim ei licitum eſt, *Dn. Carpz. 1. conſt. 22. def. 36.* Sunt & alii caſus, in quibus juramentum neceſſarium haud deferri

aut

aut certè recuſari poteſt, quorum *Berlich, part. 1, concl. 54.* ſexaginta quinque & Seraphin de Seraphin. *tr. de priv. jurament. priv. 33. n. 191. & ſeqq.* adhuc plures enumerat, qui ibi videri poſſunt.

Th. 26.

Effectus juramenti neceſſarii eſt ſententia judicis & actio rei judicatæ directa.

Exp.

Sententia judicis ei aſtipulatur, qui juravit *l. 31. ff. d. t. Dn. Struv. exerc. 17. th. 53.* & ab ea poteſt appellari *l. ult. §. 3. d. t.* quia hoc juramentum non ex conventione partium, ſed & partibus non petentibus à judice defertur *l. 3. C. d. t.* & hinc, quod nimirum tantùm à judice absque conventione partium hoc juramentum deferatur, actio, quæ inde promanat, dicitur actio rei judicatæ directa *l. 31. ff. d. t.* Cauſa quoque tali juramento ſopita ob inventa nova inſtrumenta, quibus jam ſolis pars uſura eſt, reſuſcitari poteſt, *l. 31. ff. d. t. Setſer. de juram. l. 4. c. 17. Joachim. Beuſt. tr. de jurejur.* Hæc ſunt, quæ de juramento litis deciſorio in ſpecie ita dicto pro ratione inſtituti brevisſimè exponere volui. Potuiſſem quoque theoricas non paucas in hac à Dd. probè agitata juramentorum materia occurrentes, his theſib9 immiſcere, v. c. Dd. inter ſe acriter contendunt, quid ſit, & quo nomine indigitanda ſit ſemi plena probatio, ubi Hugo Donell. *l. 24. c. 19.* illam nullo modo probationem dicendam eſſe, maſculè defendere conatur, cum, quicquid jure fieri debeat, ſi id non fiat, ut jus præſcribit, quamvis aliquid factum ſit, quia vitiosè fa-

re, ut quid probetur, ſed jure proditis mediis fidem face-re *l. 4. C. de probat.* & hinc colligit, quando actor haud plenè probavit, reum eſſe abſolvendum *per l. ult. C. de R. V. & l. negantes C. de O. & A.* ut verò locum etiam quendam faceret juramento ſuppletorio, ſtatuit id eo in caſu tantùm à judice deferendum eſſe, ubi utraque pars plenè probavit, & ita cauſa dubia effecta eſt. Verùm enim verò in Donelli ſententiam haud eo, cum reus non aliter abſolvi debeat, quàm ſi actor omninò nil probavit *c. fin. x. de jurejur.* Pari ratione DD. digladiantur, cui parti juramentum ſuppletorium deferri debeat, ac quidem Azo, Accurſ. & alii reo, Beuſt, Seraphin *de privileg. jurament.* & alii actori ſemiplenè probanti id deferendum eſſe aſſerunt, ſed accuratiùs dicitur, id relinquendum eſſe arbitrio judicis, quem juxta perſonarum qualitates & rerum circumſtantias arbitrari decet, utri parti num actri-ci, an verò reæ illud deferre debeat, *per c. ult. §. ult. x. de jurejur.* Ut tamen hoc arbitrium ſuis concluſum ſit cancellis, certi termini ſtatuendi ſunt 1. ſi actor tantùm ſemiplenè probavit, ei hoc juramentum defertur *l. 31. ff. d. t. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 10. n. 140.* niſi is rei veritatem neſciat, tunc enim reo deferendum juramentum purgatorium *c. ult. x. de jurejur.* 2. ſi utraque pars ſemiplenè probavit, ex qualitate perſonarum, nimirum legalitate, honeſtate, divitiis, nobilitate aliisque circumſtantiis vel actori vel reo deferri debet, *l. 3. pr. & §. 1. de teſt. c. 11. de Reſcript. in 6. Mynſing. cent. 1. obſerv. 67. n. 3.* 3. Si partes probationibus & qualitatibus perſonarum ſunt pares, maſculo non fœminæ hoc juramentum præſtandum imponitur *c. un. in pr. F. de controverſ. inter maſc. & fœm. c. 10. X. de V. S.* 4. ſi & ſexu inſuper pares ſunt partes, reo defer-

defertur, *Borch. tr. de jurejur, c. 8, n. ult.* 5. ſi actor plenè & reus ſemiplenè probavit, & ea ſemiplena probatio plenæ actoris directò adverſatur, actori, ſin verò minùs directò contrariatur, reo defertur, *Abbas Panorm. in c. ult. §. 1. X. de jurejur.* 6. ſi actor ſemiplenè probavit, ſed ejus ſemiplena probatio per præſumtionem quandam enervatur, & partes qualitate & ſexu pares ſunt, tunc neutri juramentum hoc defertur *l. 1. C. qui & advers. quos. Roman. Conſ. 91. n. 10.* Simili modo Dd. ſubtiliter diſputant, quo jure cauſæ, quæ juramento neceſſario compoſita eſt, retractatio competat, ſi pars inſtrumenta noviter invenerit, Salyc. Paul. de Caſtr. Curt. Sen. & Jun. Lanfr. & alii hoc beneficio in integrum reſtitutionis, & quidem ex generali clauſula: ſi qua mihi juſta cauſa videbitur, fieri cenſent, Jaſon, Alex. & alii diſtingvunt hoc pacto: aut jurans falſum juravit dolo malo, aut non, & arbitrantur priori caſu retractationem ipſo jure fieri, poſteriori verò opus eſſe reſtitutione in integrum, Bl. *in l. 31. ff. de jurejur. n. 7.* ita diſtingvit: aut in ſententia cauſa juramenti expreſſa eſt, aut non, ibi retractationem ipſo jure, hic verò per reſtitutionem in integrum fieri autumat, Cato Sachius *in d. l.* putat retractationem fieri debere per ſupplicationem Magiſtratui ſuperiori factam, Donellus, Coraſ. & alii judicant hanc cauſæ retractationem ipſo jure competere, cui ſententiæ aſtipulor, motus *l. 25. ff. de dol. mal. l. 31. ff de jurejur.* Et alias plures ſubtiles controverſias in materia juramentorum Dd. movent; aſt quia ea litigia hodiè aut novis Conſtitut. Sax. compoſita ſunt, aut certè ad uſum fori planè nil faciunt, lubens ea

# COROLLARIA

1.

Actor etiam planè nil probans reo juramentum judiciale deferre poteſt.

2.

Mutus, ſurdus & cœcus juramentum deferre poſſunt.

3.

Fœminis honeſtioribus juramentum domi vel in ſecreto extra judicium præſtare jure Civ. conceditur.

4.

In re feudali & emphyteutica vaſallus & emphyteuta ſine domini conſenſu adverſæ parti juramentum deferre queunt.

5.

Si poſt juramentum delatum & præſtitum tutor aut Curator quosdam teſtes ad fundandum jus ſuum reperiat, minor poteſt reſtitui.

F I N I S.